

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

**Capvt VIII.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15591**

*traditionum custos*, ut idem Leo loquitur.

VII. Quare sui muneric conficius, quam aliis literis auctoritate vacuam dixerat synodi Chalcedonensis definitionem, utpote Nicen canonibus contrariam, ipse in irritum mittit, id est, nullitatem declarat epistola data ad Pulcheriam Augustam, que hoc sibi gratum fore significaverat. *Concessiones vero Episcoporum*, inquit, *sanctorum canonum apud Nicam conditorum regulis repugnantes*, unita nobiscum vestre fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli generali prorsus definitione cassamus; in omnibus, ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium Sacerdotum per 318. antistites Spiritus sanctus instituit; ita ut si multo plures alius quam illi statuere decernerent, in nulla reverentia sit habendum quidquid fuerit a predictorum constitutione diversum. Ex quibus verbis colligitur evidentissime, non solum Leonem denerasse consensum suum novis Decretis, (qui tamen necessarius erat in hac specie, ex recepta juris regula, ut quae omnes tangunt, ab omnibus probari debeant, & è novarum legum conditione, que illos non tenent à quibus recepta non sunt) sed canonem illum B. Petri auctoritate irritum decrevisse. In qua definitione non adeo nifus est superiori quadam in synodum jurisdictione & auctoritate, quam reverentiam Nicen canonibus debitam prætendit, ut ea ratione se à canonis xxviii. ipso jure nullius, ut pote Nicen regulas infringentis, approbatione excusaret. Etenim cùm Romanus Pontifex sit præcipue canonum & traditionum antiquarum custos, assertor, & executor, ad illius reatum pertinet, si in rebus gravissimis illo connivente violentur. Quare illius sententia obtinuit, adeo ut è canonum numero expunctus fuerit canon ille tantopere controversus, quemadmodum dixi cap. III. hujus libri §. v.

#### C A P V T V I I I .

##### Synopsis.

I. *Rescripta contra canones elicita*, sunt nulla; Deoque injuriam inferunt, ex Hilaro. *Summus Pontifex*, qui est potissimum sacerdos, reus est culpe, si canones vel decreta violari finit, ex eodem Hilaro.

II. *Propositum Romana sedis ut canones custodiatur*, è Gelasio. Quos praeter ceteris sedibus exequi debet. Non sufficit que sunt contraria privilegiis universaliis Ecclesie, ex eodem Gelasio.

III. *Pontifices decretorum suorum infringere non debent*, quia sunt perpetua; & eorum violationis tendit ad religionis & Pontificum injuriam, ex Symmacho. *Qua verba, de justis decretis*, ex equitate B.

*Perrilatis intelligit Hinclarus.*

IV. *Statuta decessorum servare justitia suadet*; injuriamque sibi facit Rom. Pontifex, si frarum iura perturbet, è Gregorio Magno. Ideo pastor effetus, ut canones & leges non excedat, è Leone IV. In consecratione sua professionem emittebat servandi que canonice essent decretata à decessoribus suis.

V. *Summa Pontificis auctoritas & canonum observatio fianciatur decreto Concilii Florenini*, quod nondum expensum est. *Contentio inter Gracos & Latinos de primatu Papæ recensetur*. Latini eum intelligi volebant secundum dicta sanctorum. Græci, secundum canones. *Decreto statutum Pape in B. Petro traditam plenam potestatem regendi Ecclesiam*, ad eum modum quem canones & alta synodorum docent. *Corruptus leviter textus Latinus sensum mutat*. Legendum, quem ad modum & in gestis Conciliorum. *Vulgata lectio prefert*, quemadmodum etiam Graci primatum Pape colum in dicto Concilio Flor. Salvis privilegiis & juribus Patriarcharum. *Sic nostri*, Salvis Libertatibus Ecclesie Gallicanæ.

I. **L**EONEM excipit Hilarus Papa, qui candidè & ingenuè fatetur rescriptum quod à se per obreptionem contra Canones Ecclesiasticumque privilegia elicitem fuerat, esse nullum, vimque regulis illatam in Domini injuriam tendere. Ingenius Ebredunensis, Alpium maritimorum provinciae Metropolitanus, conqueritur de jure provinciae sua imminuto ab Auxanio Episcopo, qui ab Hilaro Pontifice rescriptum aliquod impetraverat canonibus contrarium. Querelæ istius cognitionem Hilarus Episcopis quibusdam Gallicanis delegavit, his verbis: *Ita vestre caritati cognitionem adnexæ querimone delegamus*, ut nihil adversum venerandos canones, nihil contra sancte memorie decessoris mei judicium valeat, quidquid obreptum nobis esse constiterit. Nolumus namque Ecclesiasticum privilegia, que semper sunt servanda, confundi; quia per hoc non minus in sanctarum traditionum delinquuntur sanctiones, quam in injuriam ipsius Domini profanatur. Idem Hilarus in Concilio Romano habito anno CDLXVII. vestigia Leonis premens, in se, qui potissimum est sacerdos, reatum omnem transfert, si constitutiones canonum vel apostolicæ sedis infringi patiatur: *Nulli fas sit, sine status sui periculo, vel divinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temovere*; quia nos, qui potissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciem, si in causis Dei desideres fuerimus inventi; quia meminimus qualiter comminetur Dominus negligenter sacerdotum. Siquidem reatu majore delinquit qui posteriori honore perfruiatur, & graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum.

II. Multus est in commendanda canonum custodia Gelasius, docetque pium & devotum esse Romanæ sedis propositum ut



Gelas. ad Episc.  
Lucan. cap. XI.

paternas regulas retineat, in epistola ad Episcopos Lucaniæ: *Cum, inquit, nōbis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum sedes apostolica superior his omnibus, favente Domino, que paternis sunt canonibus praefixa, pio devotioque studeat tenere proposito, satis indignum est quenquam vel Pontificam vel ordinum subsequentium hanc observantiam refutare quam B. Petri sedem & sequi videat & docere; satisque conveniens sit ut totum corpus Ecclesie in hac subiectis observatione concordet, quam illic vigeat conspiciat, ubi Dominus totius Ecclesie posuit principatum. Hic non dissimulanda videtur antiqua lectione hujus loci, que extat apud Hincmarum in opusculo & in epistola Caroli ad Hadrianum, ubi anni togæ superioris omnibus legitur, super his omnibus, id est, super his capitibus. Idem Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ: *Confidimus quod nullus jam versciter Christianus ignoraret, uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis Ecclesie probavit assensus, nullam magis exequi sedem præter ceteris oportere quam primam, que unamque synodum & sua auctoritate confirmat, & continuata moderatio ne custodit. Prima sedi præcipuum canonum executionem vindicat, sed eorum canonum qui jam recepi sunt, & quos universalis Ecclesie probavit assensus. Non omitendus est locus ejusdem Gelasij: qui de privilegiis universalis Ecclesie cùm loquitur, ad Ecclesie Gallicane privilegia, qua illis accidunt, trahi non ineleganter potest: *Sedes apostolica, inquit, que privilegiis universalis Ecclesie contraria probantur, nulla ratione susinet.***

Gelasius initio To  
mi de Anathema  
te.

*universa que à Domini Sacerdotibus semel statuantur, perpetua sint. Quod alias contingere poterit, si successordecessoris actibus non tribuerit firmatatem, & roborando que gesta sunt, faciat rata que gesserit. Quanta enim vicarii B. Petri judicabatur reverentia, si que in sacerdotio precipiunt, eisdem transiuntibus dissolvantur? Sed prætermittenda non est Hincmaris adnotatio; qui locum istum cùm produxisset in epistola Caroli Calvi ad Hadrianum II. de justis Decretis, & que à Vicariis B. Petri ex ejus Apostoli æquitate proficeruntur, intelligendum esse Symmachum observavit his verbis: *Vniverſa, inquit (scilicet Symmachus), perpetua sint que à Domini Sacerdotibus statuantur: qui, ut Moyses, ea que statuant, ab oraculo divino suscipiunt; non que ab his statuantur, de quibus per Prophetam dicitur, *Vt his qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitiam scripserant. Eas nihilominus que à Vicariis B. Petri constituantur, maneant inconclusas. Quia, ut Leo dicit, nec nimia est severitas, vel remissio, ubi nihil constituitur, nisi quod ex B. Petri æquitate profertur. Hæc enim scimus esse canonice, scimus esse apostolica auctoritate roborata, & apostolica sedis decreta.***

I V. Gregorius Magnus idem cum Symmacho profiteretur: *Injustitiae, inquit, acratis ordo suadet ut qui sua à successoribus desiderant mandata servari, successoris sui proculdubio voluntatem & statuta custodian. Eodem sensu ad Natalem Salonianum: *Quod dicitis nostris temporibus debere servari que à meis quoque predecessoribus tradita atque custodita sunt; abstis hoc à me, ut statuta majorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi injuriam facio, si frustum jura perturbo.**

Non descivit à sententia successorum Leo IV. cuius hæc verba referuntur apud Gratianum: *Ideo permittente Domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri, sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi divino insituerunt consilio, intactum non conservamus.*

Necessitas illa servandorum canonum, solennibus Romanorum Pontificum professionibus fanciebatur, quas tempore inaugurationis sua edebant. Earum exempla pleraque extant in Annalibus Ecclesiasticis, quarum fragmentum Ivo retulit in Decreto. Iis profitentur Pontifices, omnia Decretra canonica predecessorum suorum Pontificum, que vel synodaliter statuerunt, & que probata sunt, confirmare, & indiminuta conservare, & sicut ab eis statuta sunt, in sui vigoris stabilitate custodire. Extat etiam apud Gratianum formula

Caroli Calvi  
pp. ad Hadri.

Greg. I. c. 11.  
apud Gratianum.

Apud Grat. 11. b.  
1. c. 2. 1. 1.

Videbilius  
I. 1. Auctio  
nem an. 149.

Ivo Decret. 7. 4.  
& ep. 60. R. 7.

Synodus Po  
ter, exponit  
confessio

gratianis  
consecratio  
nes Romanae  
Ecclesiæ & doctri  
na predicatorum

caecorum  
lepidorum  
litterarum for  
mulae proponit

## & Imperij Lib. III. Cap. VIII. 153

formula illius professionis, qua Pontifex pollicetur octo Concilia usque ad unum apicem se servaturum, & que statuerunt, & predicaverunt, omnibus modis sequi. Quod & fidei definitiones & canonum statuta complectitur.

Possim per singula secula prolixis testimoniiorum recitationibus decurrere, quae Canonum, Decretorum, & veteristarum consuetudinum custodiam Romanis Pontificibus summo studio commendant, nisi lectoris tedium parcere vellem. Multa congettus Gratianus in Decretum suum, quae docere possint Gallicanam Ecclesiam, cum ad veteres receptosque mores provocar, non oblitteratis monumentis niti, sed iis quae quotidie in scholis praeguntur.

V. Attamen egregium Concilij Florentini locum prætermittere non debeo, petrum è Decreto Unionis Graecarum Ecclesiarum cum Romana; quo summa Pontificis auctoritas, & canonum observatio, simul vindicantur. Vnde parebit, injustam esse adversus Ecclesiam Gallicanam expostulationem eorum qui principatum fedis apostolicæ lœdi existimant, cum novis rescriptis antiqua jura opponuntur. Sed ante omnia, rei gestæ ordo pandundus est. Cùm in unam sententiam Graeci cum nostris de processione sancti Spiritus ex Patre & Filio tantquam ex uno principio convenissent, disceptatum est de Purgatorio, de Azymo, de formula consecrationis Eucharistiae, & de primatu Papæ. Eugenius coram Imperatore Graeco, & ejus Metropolitanis, primatus jura per Ioannem de Montenegro Provinciale Fratrum Prædicatorum explicari curavit. Tum collatione habita, Graeci scripto sententiam suam ediderunt, confitentes Papam esse Summum Pontificem, Vicarium Christi, omnium Christianorum patrem & magistrum, cum jure administrandi Ecclesiæ Dei, salvis privilegiis & juribus Patriarcharum Orientis.

Cùm describeretur Decretum unionis, Palæologus Imperator noluit illud solo Eugenij nomine concipi, addi postulans, id consensu suo & Patriarcharum factum. quod obtinuit statim. Diutius contendendum fuit de reliquis verbis Decreti; quæ privilegia Papæ tribuebant, ut habeat illa juxta determinationem sacre Scripturae & dicta sanctorum. Effusa nimis esse dicebat Princeps verba illa, quæ Papæ privilegia ad dicta sanctorum referebant. An si quis sanctorum, inquit, in epistola honorat Papam, excipiet hoc pro privilegio? Itaque significavit Eugenio, aut verba illa delenda, aut sibi de redditu cogitandum. Tractatu habitu cum

Cardinalibus, qui se non aliunde melius primatum afferere posse dicebant quam ex scriptis sanctorum, Imperator respondit, non secundum dicta sanctorum, sed juxta tenorem canonum, primatum esse explicandum. Altera die Cardinales, Archiepiscopi, & quamplurimi docti viri adeunt Imperatorem & Orientales Episcopos, quibus Iulianus Cardinalis persuadere conatus est ut admitterent clausulam illam controversam;

præsertim cum fidei symbolum & ipsi canonum à sanctis editi fuerint; proinde æquum non esse ut propter dicta sanctorum, Dei opus, id est, Unio Ecclesiarum impediatur. Imperator collocutus cum Episcoporum suorum consilio respondit habenda esse

à Papa sua privilegia juxta canones & dicta sanctorum, sacrâmque Scripturam, & Acta synodorum. Quæ scripto tradita sunt Cardinalibus, qui Eugenio omnia se relatuos spoponderunt; & postridie Decretum Unionis relectum est Graecis, cùm verborum formula quæ illis grata fuit, descriptumque in charta Latinè, & ex adverso Graecè, hinc bulla plumbea Papæ appensa, inde chrysobullo Palæologi Imperatoris. Quare eadem sententia contineri debet in contextu Latino, quæ est in contextu Graeco. Item definimus,

inquit Concilium juxta Graecorum verborum significationem, sanctam apostolicam sedem & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiæ à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quem ad modum & in Gestis Oecumenicorum Conciliorum & in sacris Canonibus continetur. Sententia hujus Decreti hæc est, summam & plenam administrandæ Ecclesiæ potestatem à Christo fuisse Pontifici traditam, ea lege, ut ea utatur juxta modum qui & in Actis Conciliorum Oecumenicorum & in Canonibus continetur. Itaque Graeci obtinuerunt quod tantopere urgebant, scilicet privilegia Papæ secundum Canonum præscriptum esse interpretanda. Eadem esse debet mens verborum Latinorum; quæ tamen à contextu Graeco desciscunt, propter leve mendum quod incuria amanuensium irrepedit in his verbis, Quem ad modum & in Gestis Conciliorum. Nam Latina lectio præfert, Quemadmodum etiam in Gestis. Qui error primam Concilij hujus è Graeco in Latinum versi editionem invasit. Ejus versionis autor est Bartholomæus Abramus Cretensis,

Vide Secundum Praefationem Matæ cap. 7.

Vide secundum Praefationem Matæ cap. 7.

P. Arcudius l. 3. c.  
9. de Concord.  
Kecel. Occid. &  
Orient. in Sacra-  
ment. administ.  
Concilium illud  
in versione Latini  
nunquam venu-  
stiter.

... id est  
... id est Patriar-  
charum.

Episcopus Arienſis, quam anno MDXXVI. publicavit: in qua multoties hallucinatus est, ut obſervat Arcudius. Suspici licet, de industria hunc locum ab eo minus ſince- rē redditum; quia contentiones quæ de Canonibus inter Græcos & Latinos emer- ferunt, in Latina interpretatione Concilij omnino diſſimulat. Quod diſcrimen alie- nam à paſtis conveſtis cum Orientalibus ſententiam Decreto affingit; cùm è Græco contextu conficiatur, Papa privilegia eſſe explicanda & exercenda ſecundūm canones & ſecundūm Acta Conciliorum Oecumeni- corum, id eſt, oēo Conciliorum quæ ex Occidentalī & Orientali Ecclesiā conſta- bant. At è contextus Latinī depravata le- ctiōne eruitur, plenam eſſe Papæ potesta- tem, idque probari Actis Conciliorum, & Canonibus. Si quis ſibi perſuadere malit de- luſos à Latinis Græcos ambigua ſcribi- ratione, per me licet; p̄cipue cùm apud Antoninum eadem lectio Latina repra- ſentetur. Verba autem Græca in ſincero ſenſu accepta modum exercitio potestatis ponti- ficiæ imponunt, ei ſimilem quem Eccleſia Gallicana tuerit. Imò verò Græci vi- den- tur formula noſtræ penè ſimi li- juribus Ec- cleſiæ ſuę cauiſſe. Etenim Decretum illud, quod liberam Papæ administrationem ag- noſcit, hiſ verbis concludunt, ſalvis vide- licet privilegiis omnibus & juribus Patriarcha- rum. Quemadmodum ſolenne eſt in Gallia Summi Pontificis auctoritatem colere, ſal- vis juribus & Libertatibus Eccleſia Gallicana.

cit Romanis contrariaſ.

V. Expendit regula Decretalium, conſuetu- dines eſſe nullas que violant libertatem ecclesiasti- cam. & Principibus ecclesiasticis negotia permittunt. Quod verum, ſi libertas omnino tolleretur, non au- tem ſtreſtingatur, e Corværia. Aliis placet con- ſuetudinem eſſe nullam; ſed ſi privilegium allegetur, preſumti confeſſum fuſiſt, ex poſſeſſione immemoriali.

VII. Hanc ſolutionem amplexi ſum maiores noſtri. Hinc manaverunt Privilegia Eccleſia Galli- cana, & Crimina Privilegiata apud Pragmaticos. Hac conſuetudines Gallie excusant Bellarmi- nus & Snareſ, ſub nomine Privilegiy.

VIII. Alio etiam modo responderi potest: In dubio an Principibus bac potestas competat, ſedem apostolicam conivere. Quæ coniunctiva diſſenſio- nis vicem ſubit, ſi neceſſaria fit. Quesito excitata, an ex hac toleramia naſcatur preſcriptio, non eſt ne- ceſſaria. Theologi quidam negant. Iuris conſulti aſſerunt ex hac toleramia ſequi preſcriptionem.

IX. Canones & repte conſuetudines mutari non poſſunt ſine diſſidio. Observatione canonum con- cordia retinetur. Conſuetudines tolerante a Pontificibus, ne diſſenſiones oriuentur ex novitate.

I. N O N ſolū autem Canonum & Decretrorum perpetuam executionem polliciti ſunt Summi Pontifices, ſed etiam benigno in ſubjectas Eccleſias animo uſi, conſuetudines antiquas in provin- ciis inviolatas ſervari voluerunt. Ius enim canonicum, perinde ac civile, ſcripto & non ſcripto conſtat. Vnde Iudices cogni- tores in Concilio Chalcedonensi reſtē pe- tunt ab Anastasio Epifcopo Nicæno, qua- ratione probare velle Eccleſiam Baſiliopolos ſubjectam eſſe Nicæna, an ſecundūm canones, an ex conſuetudine aliquia. Et annis aliquot superioribus Faſtinus Legatus Ro- manæ Eccleſiæ dixerat in Concilio Africa- no, aliqua teneri canone, aliqua verò con- ſuetudine. Quare Photius in Nomocanone reſtē adnotavit ecclesiasticam conſuetu- dinem non ſcriptam perinde ac legem ſervari; quod probat ſynodo ſexta, & e Baſili lo- cis aliquot. Eandem conſuetudinis antiquæ auctoritatem probant Ivo & Gratianus in collectionibus suis, ex Auguſtino & Ifidoro, aliisque testimonis. Planè dubitari non potest quin magna debeat eſſe viſ conſuetudinis in disciplinæ ecclesiasticæ admini- ſtratione, cùm ex ea provinciarum privile- gia metienda eſſe ſynodus Nicæna velut edicto perpetuo definiverit, Antiqui mores obtineant, inquit, idemque poſtea ſynodus

A. B. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

Phoen. Th. M.

Phoen. Th. M.</p